

GOTFRIDVS HITORPIVS CONSUL COLONIENSIS.



**G**otfridus Coloniæ Agrippinorum ex honesta familia anno Domini millesimo quadragesimo octuagesimo quinto natus est. Hic à teneris annis operam literis dedit, & ob fœlicem ingenij in dolem egregiam eruditionem natus est. Is ut bona studia iuuaret, Typographicam artem exercuit, & optimos quoque authores Coloniæ edidit. Cum autem magna quoque prudentia & singulari uitæ integritate esset præditus, in ea Republica Consul declaratus fuit. Eam functionem tanta animi moderatione gessit, ut à cunctis plurimum amaretur. Itaque Gotfridus magnam apud suos autoritatem consecutus, etiamnum Colonie octogenarius supererit, id quod clarissimo & humanissimo viro Arnoldo Birckmanno Typographo referente, intellecti Moguntiæ, Anno salutis mille quingentesimo sexagesimo quinto, qui illustres Heroas hinc inde per Belgiam existentes, cum suis uirtutibus, ut huic operi insuperentur, communis cauit. Anon.